Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lanus erit unicuique adeo. Hec autem
transligurauī in me fratres
et apollo propter nos. ut in no
bis discatis ne supra quod scrip
tum est unus aduersus alterū
infletur pro altero. Quis enim te
discernit. Quid autem habes q̄ non
accepisti. Si autem accepisti. q̄ glo
riaris quasi non acceperis. Iam sa
turati estis. iam diuites facti estis.
iam sine nobis regnatis. et utinam
regnetis. ut et nos nobiscum reg
naremus. Puto enim quod deus nos
apl̄os nouissimos ostendit tamq̄
morti destinatos quia spectaculum
facti sumus huic mundo. et an ge
lis et hominibus. Nos stulti pp̄
cristum. nos autem prudentes in x̄o
nos infirmi nos autem fortes. vos
nobiles. nos autem ignobiles. usq̄
in hanc horam. et esurimus. et sitim
et nudi sumus. et colaphis cedimur.
et instabiles sumus. et laboramus
operantes manibus nris. Male
dicimur. et bēdicimus. Persecu
tionem patimur. et sustinemus.
blasphemamur. et obsecramus
Tamquam purgamenta huius mūdi
facti sumus omnium pripsima usq̄
adhuc. Non ut confundam uos
hec scribo. sed ut filios meos ka
rissimos moneo. Nam si decem
milia pedagogorum habeatis in x̄o
sed non multos patres. Nam in xpo
ihesu per euangelium ego uos ge
nui. Rogo ergo uos fratres imi
tatores mei estote. sicut et ego christi.
Ideo misi ad uos timotheum qui
est filius meus karissimus et fidelis in
domino. qui uos commonefaciat vi
as meas que sunt in cristo ihesu
sicut ubique in omni ecclia doceo. Tan
quam non ueniturus sim ad uos sic
inflati sunt quidam. Veniam autem
cito ad uos si dominus deus uolu
erit. et cognoscam non sermonem
eorum qui inflati sunt sed uirtu
tem. Non enim in sermone est regnum
dei sed in uirtute. Quid multis. An
in uirga ueniam ad uos. An in cari
tate et in spiritu mansuetudinis

Omnino
auditur inter uos fornica
tio. et talis fornicatio qualis
inter gentes nec nominatur. ita
ut uxorem patris sui quis habeat
Et uos inflati estis. et non magis
luctum habuistis. ut tollatur de me
dio uestrum qui hoc opus fecit. Ego
quidem absens corpore presens autem
spiritu iam iudicauī ut presens eum
qui sic operatus est. in nomine do
mini nostri ihesu cristi. congrega
tis uobis et meo spiritu. cum uir
tute domini nostri ihesu cristi tra
dere huiusmodi hominem sathane
in interitum carnis. ut spiritus sal
uus sit in die domini nostri ihesu
cristi. Non ergo bona gloriatio vra
Nescitis quia modicum fermentum
totam massam corrumpit. Expur
gate uetus fermentum ut sitis no
ua conspersio sicut estis azimi. et
enim pascha nostrum immolatus est
cristus. Itaq̄ epulemur. Non in fer
mento uetere. neq̄ in fermento ma